Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica I. post octavam pentecosten. Incipit prologus beati Ieronimi presbyteri in libros Regum. lectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

p̄fusq; á carnali distinguens ait· Quod
natum est ex carne caro est· & quod
natum ē ex spū spc est· Natura spc
inuisibilis· carnis est uisibilis· atq; ido
carnalis generatio uisibilit̃ amministra
tur· uisibilib; incremtis· qui in carne
nascitur· peccatum momenta p̄ficit·
spiritalis autē generatio tota inuisi
biliter agitur· Nam uidetur quidem
qui baptizat̃ in fontē descendere·
uidetur aquis intingui· uidetur de
aquis ascendere· q̄d autē in illo laua
crum regenerationis egerit· minime
potest uideri· Sola hoc fideliū pie
tas nouit· quia peccator in fontē de
scendit· sed purificatus ascendit· fi
lius mortis descendit· sed filius resur
rectionis ascendit· Filius p̄uaricatio
nis descendit· sed filius reconciliatio
nis ascendit· Filius irę descendit· s;
filius misericordię ascendit· Filius diaboli
descendit· sed filius dī ascendit· So
la hec ecclā mater que generat nouit·
Ceteris oculis insipientiū uidetur ta
lis exire de fonte· qualis intrauit·

DOM̄· I· POST OCT̄ PENT̄·
Incipit p̄logus beati Ieronimi
p̄bri· in libros regum. L̃ I.

VIGINTI DUAS
esse litteras apud hebre
os· syrorum quoq; &
chaldeorum lingua testatur· quę hebre
ę magna ex parte confinis est· Nam
& ipsi uiginti duo elementa habet·
eodem sono· sed diuersis caracterib;
Samaritani autē pentatheucū moy
si· totidem litteris scriptitant· figu
ris tantū & apicibus discrepantes·
Certumq; est esdram scribam legisq;
doctorem post captam ierłm & in
staurationem templi sub zorobabel
alias litteras repperisse· quib; nunc
utimur· cū ad illud tempus idem sa
maritanorum & hebreorum caracteres fue
rint· In libro quoq; numerorum hec ea
dem supputatio litterarū sub leuitarū
ac sacerdotum censu mystice ostendi
tur· & nomen dñi tetragramaton
in quib;dam grecis uoluminib; usq;
hodie antiquis inuenimus expressū
litteris· Sed & psalmi tricesimus sex
tus· & centesimus decimus· & centesi
mus undecimus· & centesimus octa
uus decimus· & centesimus quadragesi
mus quartus· quamquā diuerso scri
bantur metro· tamē eiusdem numeri
texuntur alphabeto· & hieremię lamen
tationes· & oratio eius· Salomonis
quoq; in fine prouerbia ab eo loco in quo
ait· Mulierem fortē quis inueniet·
isdem alphabetis uel incisionibus
supputantur· Porro quinq; litterę
duplices apud hebreos sunt· caph·
mem· nun· phe· sade· Aliter enim
per has scribunt principia· medietatesq;
uerborum· aliter fines· Unde & quinq;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

a plerisque libri duplices estimantur. Sa-
muel. malachim. dabreiamin. esdras.
ieremias cum cynoth id est lamentationi-
bus suis. Quomodo igitur uiginti duo
elementa sunt per que scribimus hebra-
ice omne quod loquimur. et eorum ini-
tiis uox humana comprehenditur. ita
uiginti duo uolumina supputantur.
quibus quasi litteris et exordiis in dei
doctrina tenera adhuc et lactans uiri
iusti eruditur infantia. Primus apud
eos liber uocatur bresith. quem nos
genesim dicimus. secundus ellesmoth. qui
exodus uocatur. tercius vaiecra. id est
leuiticus. quartus uagedaber. quem
numeri uocamus. quintus addaba-
rim. qui deuteronomius prenotatur.
Hii sunt quinque libri moysi. quos proprie
torath id est legem appellant. Secundum
prophetarum ordinem faciunt et incipi-
unt ab iesu filio naue. qui apud eos
iosue bennun dicitur. Deinde subte-
xunt sethim id est iudicum librum. et in
eundem compingunt ruth. quia in die-
bus iudicum facta narratur hystoria.
Tercius sequitur samuel. quem nos
regnorum primum et secundum dicimus. Quartus
malachim id est regum. qui tercio et
quarto regnorum uolumine continetur.
Meliusque multo est malachim id est
regum quam malachoth id est regnorum
dicere. Non enim multarum gentium
regna describit. sed unius israhelitici
populi. qui tribubus duodecim contine-
tur. Quintus est esayas. sextus ieremias.
septimus ezechiel. octauus liber duode-
cim prophetarum. qui apud illos uocatur
thareasra. Tercius ordo ΑΓΙΟΓΡΑΦΑ (agiographa)
possidet. Et primus liber incipit ab
iob. secundus a dauid. quem quinque incisio-
nibus et uno psalmorum uolumine com-
prehendunt. Tercius est salomon. tres
libros habens. prouerbia que illi para-
bolas id est masloth appellant. Quartus
ecclesiasten id est coeleth. et quintus can-
tica canticorum. quem titulo sirasirim
prenotant. Sextus est daniel. septimus
dabreiamin id est uerba dierum. quod
significatius ΚΡΟΝΙΚΟΝ (cronicon) id est nu-
merum totius diuine hystorie possumus
appellare. qui liber apud nos ΠΑΡΑ (paralipomenon)
ΛΙΠΟΜΕΝΩΝ id est uerba die-
rum primus et secundus scribuntur. Octauus
esdras. qui et ipse similiter apud gre-
cos et latinos in duos libros diuisus est.
Nonus hester. Atque ita ~~sunt~~ fiunt pari-
ter ueteris legis libri uiginti duo. id est
moysi quinque. prophetarum octo. agiogra-
forum nouem. quamquam non nulli
ruth et cynoth inter ΑΓΙΟΓΡΑΦΑ (ago gra fa)
scriptitent. et libros hos in suo putent
numero supputandos. ac per hoc esse pri-
sce legis libros uiginti quatuor. quos
sub numero uiginti quatuor seniorum
apocalypsis iohannis inducit. adoran-
tes agnum et coronas suas prostratis

uultib; offerentes. stantib; coram qua
tuor animalib; oculatis ante & retro.
id est in preteritum & in futurum respicien
tes & indefessa uoce clamantib; Scs.
scs. scs. dns ds omps. qui erat & qui
est & qui uenturus est. Hic prologus
scripturarum quasi galeatum principium
omnibus libris quos de hebreo uertimus
in latinum conuenire potest. ut scire
ualeamus quicquid extra hos est inter
apocrifa esse ponendum. Igitur sa
pientia que uulgo salomonis inscri
bitur. & iesu filii syrach liber. & iu
dith & tobias & pastor. non sunt in
canone. Machabeorum primum librum
repperi hebraicum. secundus grecus est.
quod est ipsa φραcyn [frasin] probari potest.
Que cum ita se habeant. obsecro te
lector ne laborem meum reprehensio
nem estimes antiquorum. In tabernacu
lo di offert unusquisq; quod potest.
alii aurum & argentum & lapides preci
osos. alii byssum & purpuram & coc
cum offerunt & iacinctum. nobiscum
bene agitur. si obtulerimus pelles &
caprarum pilos. & tamen aps contem
ptibiliora nra magis necessaria iu
dicat. Unde & tota illa tabernacu
li pulchritudo & per singulas speci
es ecclesie presentis futureq; distinctio
pellibus tegitur & ciliciis. ardoreq;
solis & iniuriam ymbrium. ea que ui
liora sunt prohibent. Lege ergo primum

samuel & malachim meum. meum inquam
meum. Quicquid enim crebrius uertendo
& emendando sollicitius & didicimus
& tenemus. nostrum est. Et cum intellexe
ris quod ante [ne] sciebas. uel interpretem
me estimato si gratus es. uel ΠΑΡΑ [parafrasten]
ΦΡΑCΤΗΝ si ingratus. quamquam mi
omnino conscius non sim. mutasse
me quippiam de hebraica ueritate.
Certe si incredulus es. lege grecos co
dices & latinos. & confer cum his opu
scula. & ubicumq; inter se uideris di
screpare. interroga quemlibet he
breorum. cui magis accomodare debe
as fidem. Et si nostra firmauerit. puto
quod eum non estimes coniectorem.
ut in eodem loco mecum similiter diuina
ret. Sed & uos famulas xpi rogo.
que domini discumbentis preciosissimo
fidei myrro unguitis caput. que ne
quaquam saluatorem queritis in sepul
chro. quib; iam ad patrem xps ascen
dit. ut contra latrantes canes qui
aduersum me rabido ore deseuiunt
& circueunt ciuitatem atq; in eo se
doctos arbitrantur si aliis detrahant.
orationum uestrarum clipeos opponite.
Ego sciens humilitatem meam. illius
semper sententie recordabor. dixi cu
stodiam uias meas. ut non delinquam
in lingua mea. posui ori meo custo
diam. cum consisteret peccator aduersum
me. obmutui & humiliatus sum & silui
a bonis.